

8 Concl. forens. Exercit. XIII. ad Lib. 4. Dig. Tit. 5. & seqq.

150. num. 4 Speidel. in specul. voce Schiedsmänner. diss ex parte Bachov. in Comm. ad p. 1. π. tit. de arbitr. c. 1. num. 2. & Vinn. lib. 1. select. q. 16.

- b) l. si libertus. 30 ff. de oper libert. Christin. v. 2. decis. 142. n. 6.
- c) d. l. 30. l. 76. & ll. seqq. pro soc. Dd. supra citati.
- d) Christ. d. decis. n. 4. & s. Bach. d. c. 1. Vinn. d. q. 16. Myns. 2. O. 61. \*\*.
- e) arg. l. 1. ff. de arbitr. Baptist. à S. Blas. quæst. 50. n. 1.

XVI.

Action de recepto, quæ datur contra nautas, caupones & stabularios, neque ex deposito neque ex locatione oritur, (a) & adversus cives non datur, qui cauponam non exercent, sed Principe Urbem ingrediente aliquos de ipsius comitatu in ædes suas recipiunt; idq; sive cum hospitio etiam eibum gratis, sive pro precio iisdem pro eo tempore præbeant; licet recepti aliquid in ædibus illis perdiderint. (b)

- a) l. 3 §. 1. ff. naut. caup. stabul. Diss. Franc. Stypmann. tr. de jur. Maritim. p. 4. c. 15. n. 266. & seqq.
- b) arg. l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. & 2. ff. naut. caup. stabul. l. 9. § fin. ff. de jur. dot. Arnold. Vinn. in not. ad Petr. Peck. Comm. in d. tit. naut. caup. l. 1. §. 6. lit. a. Diss. ex part. d. Petr. Peck. d. l. n. 2.

XVII.

Incendio in caupona exorto, tenetur caupo hospitibus de omnibus rebus receptis, nisi ipse probet incendium citra suam, familiæ suæ & hospitum culpam exortum esse.

- arg. l. 3. §. 1. ff. de off. præfect. vigil. Diss. Joh. Hermann. Stamm. de Servit. personal. lib. 2. c. 16. n. 21. & seqq.

XVIII.

Neque Caupo liberatur ab obligatione de recepto, si ipse prædixerit hospitibus, ut unusquisque eorum res suas custodiat & sibi servet, se enim nemini damnum præstaturum, hospites verò huic prædictioni contradixerint, & caupo postea tacuerit & illos in caupona sua retinuerit. (a) Neque aliud dicendum, si caupo hospitibus claves scrinii vel cubiculi, in quo res illorum reconditæ, simpliciter sine omni protestatione tradiderit. (b)

- a) l. f. pr. ff. naut. caup. Loccen. de jure maritim. lib. 3. c. 7. n. 12. Vinn. ad d. l. fin. pr. lit. a.
- b) arg. d. l. f. pr. & ibi Petr. Peck. num. 4. & Arnold. Vinn. lit. a. Francisc. Stypmann. de jur. maritim. part. 4. c. 15. n. 309. Stamm. de servit. person. lib. 6. 2. 16. n. 17.